auariciam precipitatus achar in exitium dedu
xerat totam plebem parentum. Itaq; ihs na
ue qui potuit solem statuere ne procederet. a
uariciam hominum non potuit sistere ne ser
peret. Ad vocem eius sol stetit. auaricia non
stetit. Sole itaq; stante confecit ihesus trium
phum. auaricia autem procedente pene ami
sit victoriam. Quid fortissimum omnium sam
son nisi dilecte mulieris auaricia decepit. Itaq;
ille qui rugientem leonem manibus discerpsit. qui
vinctus alienigenis traditus. sine vllo adiutore
solus dissolutis vinculis. mille ex hijs peremit. vi
ros. qui funes intextos neruis velut mollia
sparti fila dirupit. Is super genua mulieris infle
xa ceruice truncatus. inuicti crinis ornatum. prero
gatiuam sue virtutis amisit. Influxit pecunia in
gremium mulieris. et a viro discessit gratia. feralis
igitur auaricia. illecebrosa pecunia. que haben
tes contaminat. non habentes non iuuat. Esto ta
men vt aliquando adiuuet pecunia. inferiorem. tamen et
ipsum desiderantem. quid ad eum qui non deside
rat qui non requirit. qui auxilio eius non indi
get. studio non flectitur. Quid ad alium. Sit ille co
piosior qui habet. nunquid idcirco honestior
quam habet per quod honestas plerumq; amittitur quia habet quod cu
stodiat magis. quam quod possideat. Illud enim posside
mus quo vtimur. Quod autem vltra vsum est

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-465/0164
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG